

Franckesche Stiftungen zu Halle

Christologia Concordans Evangeliorum Occasione Responsi Summe Rever. Dn. Valent. Ern. Loescheri S.S. Theol. D. & Superint. Dresd. &c. nec non ...

Winckler, Balthasar

Bernburgi, MDCCXXVIII.

VD18 13484893

Widmung

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-199360

V I R O

Illustrissimo ac Reverendissimo

Præfuli

D O M I N O

GUILIELMO

Divina Providentia

Archi-Episcopo Cantuari-

ensi, totius Angliæ Primati

& Metropolitano,

Serenissimo Magnæ Britanniæ

Regi

G E O R G I O

A Secretioribus Consiliis,

itemque Reliqua

D O M I N O M E O

Gratiosissimo.

X 2

VIRO

V I R O
SUMME REVERENDO
CLARISSIMO atque DOCTISSIMO
D O M I N O
DANIELI ERN.
JABLONSKI
S.S. THEOL. DOCT. CELE-
BERRIMO

AUGUSTI PRUSSORUM REGIS
PRIMARIO AULÆ CONCIONATORI
ORDINARIO, CONSISTORII CONSILIA-
RIO, ECCLESiarUM REFORMATA-
RUM PER POLONIAM PRUSSIAMQUE
SENIORI, SOCIETATIS SCIENTIARUM
REGIÆ BORUSSICÆ VICE-PRÆSIDI
ET DIRECTORI, ITEMQUE
RELIQVA,

D O M I N O M E O
HONORATISSIMO, PATRONO
AC FAUTORI ÆVITERNUM
COLENDO,

VIRO

V I R O
SUMME REVERENDO
CLARISSIMO atque DOCTISSIMO
D O M I N O
BERN. VVALTH:
MARPERGERO
S. S. THEOL. DOCTORI
CELEBERRIMO
AUGUSTO POLONIARUM
REGI ET ELECTORI
SAXONIÆ
A CONCIONIBUS ET CONSILIIS SA-
CRIS, SUPREMIQVE SENATUS
ECCLESIASTICI ASSESSORI
DIGNISSIMO,
RELIOVA
DOMINO MEO
HONORATISSIMO

X 3

GRA.

GRATIAM DIVINAM PACEM
AC SALUTEM OPTO
VOVEOQVE!

Maximum detrimentum, quod
Ecclesia Evangelica ex inimi-
ca suorum de Religione dis-
sensione in hunc usque diem patitur,
omnes omnium bonorum querelas &
lacrymas excedit. Quam obrem san-
ctus Domini nostri Jesu Christi Spi-
ritus, uti cunctam Ecclesiam in unitatem
fidei congregavit, ita singulos quosque
credentes ad veram & unanimum
Christi verbi sententiam, in qua sola
communio & concordia Sanctorum
fita est, assidue sollicitat. Hinc idem
ille Christi Spiritus & VOS REVE-
RENDISSIMOS VIROS afflavit, ut
non solum Regum Serenissimorum
Vestro-

Vestrorum auctoritate, sed & sponte
Vestra Evangelicæ Ecclesiæ concordiam
cogitatione, studio, & opera omni,
publice & privatim adspiretis: utque
negotium hocce irenicum Vobis bene
& feliciter succedat, idem omnium
piorum est votum, idemque studium.
Quam in rem hocce etiam meum, ut
ut exiguum, concordiæ tentamen, ad
pacis fraternæ Sanctuarium resarcien-
dum, quamvis auri sericique pretiosis-
simi haud instar, forte tamen pilorum
quasi usui accommodum, VOBIS Pa-
cis Autoribus Excellentissimis offero,
do, dico, dedico.

Perquam ardua, fateor, hæc unio-
nis causa est, quippe quæ tot tantorum-
que Eruditissimorum fatigavit & infamavit
industriam, ac hodie non solum

conclamata & deserta, sed & Autori-
bus suis periculosa est: proinde Ge-
nerositati Vestrae non immerito gratu-
lamur, quod de ea neutiquam despe-
rare, sed divino prorsus instinctu IL-
LUSTRISSIMUS ac REVERENDIS-
SIMUS Magnae Britanniae Primas pu-
blice Svasor ejus universae Protestanti-
um Ecclesiae jam dudum existere; at-
que inprimis laudatissimum ac mode-
ratissimum Irenicorum Marchicorum,
ab ultima unionis Synodo Berolini in-
stituenda reliquum, Reverendissimum
PAR, Dn. D. Jablonskius & Dn. D.
Strimesius, mihi Amicissimum, sed
cum cura & reverentia omni semper
mihi nominandum, publice & priva-
tim, consiliis, opibus, beneficiis qui-
buscunque potuerunt, id constantis-
sime & enixissime promovere, ac in
eadem

eadem cum Helveticis (in Epist. ad
Duræum) sententia persistere volue-
rint, qvıcqvıd a qvoqvam,
ad veram concordiam ju-
vandam fuscipi possit, id,
qvam maxime expeten-
dum esse, atque omnes,
veræ pacis studiosos ro-
gandos, si qvıd eis DEI,
Spiritus, qvı Pacis est Au-
tor & Instinctor, revela-
verit, qvıd ad hunc sta-
tum fuerit accommo-
dum, ne graventur id cum,
publico communicare, ra-
ti, (cum Ecclesiæ Genev.,

„Ministris) momentum oc-
„casione ejus, ubicunque
„(in vilissimo licet loco)
„Deus aperuerit, illud sine
„mora esse apprehenden-
„dum. Quem eundem in concor-
diam animum a vere pio, cordato &
eruditissimo Viro Reverendissimo
Dn. D. Marpergero nobis quoque
promittimus. Et quia VOS impri-
mis Successores estis eorum, qui Trans-
actionem pacificam a Lipsiaca Liqui-
datione inceptam Vobis perficiendam
reliquerunt, Saxonici quoque hodie-
ni in Hist. Mot. inprimis Britannicos
„& Marchicos Reformatos ut ma-
„joris intelligentiæ & leni-
„tatis spiritu in Lutheranos sem-
per

per deprehenſos (ut Jenenſes ad Dur.
loquuntur) ad hujus unionis conſum-
mationem denuo tentandam amice
invitant, non potui non VOBIS ut
æquiſſimis & amicisſimis judicibus
huncce meum pacis ingenuæ concili-
andæ conatum fortean commodum,
ea, qua decet, modestia cenſendum in
totius Eccleſiæ facie proponere, & ſi-
mul obnixè rogare, ut Reformati in-
primis, haud graventur Lutheranis
huncce ſuum conſenſum publico ſuf-
fragio teſtatum facere. Ita enim pla-
niſſime confido, cum Veſtra omnium
tanta ſit pietatis, intelligentiæ & mo-
derationis fama, fore, ut omnes & ſin-
guli ea, quæ VOBIS laudatiſſimis Vi-
ris placuerint, vi veritatis quoque con-
victi, calculo quoque ſuo approbaturi
ſint,

sint, ut dehinc nullis sumtuosis con-
ventibus aut formulis decretoriis opus
sit. Pax enim, quam quærimus, talis
prorsus est, qualem Theologi Jenenses
& Lutherani omnes a Duræo expo-
scunt, quæ a cothurnis libe-
ra, & a filiquis opinionum,
humanarum & utrinque,
erronearum purgata, in,
qua veritas divina primas,
tenet, quæ sola fraternam,
animorum conjunctio-
nem veram firmamque,
efficit. Cum enim impedin-
tum paci hætenus inde objectum est,
quod vel una pars, relicta sua, in alte-
rius opinionem transire debuerit, vel
altera alterius, quam tamen non pro-
bat

bat, fraterne tolerare, vel omnia de
fide disputata admirari, nulla probare
aut improbare, sed tantum pietati ser-
vire debeat, duo autem priora impos-
sibilia sint, tertium vero fidei adverfe-
tur, omnino Lipsiensium & Jenensi-
um Theologorum, ad Duræum, pacis
veræ incundæ rationem seqvendam
esse arbitror, concordiam ali-
ter non debere aut posse,
stabiliri, qvam si accurata,
folius veritatis ab utraqve,
parte ratio habeatur (utpo-
te in cujus summa utrinque reipsa est
internus & fundamentalis consensus)
de incommodis vero lo-
cutionibus (utrinque non recte,
intellectis) vel transigamus,
vel

vel ubi opus purgatio-
ne, aliquod remedium ad-
hibeamus.

Hunc finem a me intentum, num
Studiola hæcce mea adsecuta sint, VO-
BIS Sapientissimis, ac omnibus Inge-
nuis Patriam Ecclesiamque Amanti-
bus, dijudicandum & testandum re-
linquo. Et si hæc VOBIS, Ecclesiæ-
que Evangelicæ grata & accepta esse
sensero, & porro Pii, in Christum Do-
minum nostrum egentem, ejusque
miserrime adflictæ Ecclesiæ causam,
Benefici inveniantur, qui mihi in pau-
perrimo & vilissimo pulvere scholasti-
co, pro Ecclesiæ patriæque bono, mi-
sere in persecutionibus publicis & ca-
lamitatibus privatis laboranti, dextras
Benignitatis & Protectionis porrexe-
rint, *Articulum* de coena tot lustris, tot
ac

ac tantis difficultatibus, ab hodiernis etiam Lutheranis, ab ipsius Lutheri sensu dissidentibus, implicatum, pari felicitate & facilitate expeditum, ac jam dudum Viris præstantissimis etiam approbatum & expetitur, brevi tempore, si Deus vitam concesserit, publico usui communicabo. Christus vero, summus cum Patre & Spiritu S. DEUS noster, Pontifex & Protector Ecclesiæ suæ potentissimus Dominus ac Princeps gloriæ in excelsis Divinitatis Throno gloriosissimus, Frater ac Amicus noster misericordissimus, respiciat tandem clementissime Consilia Vestra Ecclesiæ Protestanticæ paci atque unioni in universum dicata, faustissimumque iisdem, & omnium nostrum concordie studiis adspiret successum, & exaudiat Vota nostra pro pace an-

xia, in Nominis sui gloriam, certissimumque Ecclesiæ suæ incrementum, servetque VOS tamdiu incolumes & superstites, quo cum totius Ecclesiæ, pro reddita pace, ineffabili gaudio, ac cœli terræque jubilo, Deum cum Psaltere collaudare possitis: Ecce quam bonum, Fratres cohabitare in unum! Valet & favete

ILLUSTRISSE EPISCOPE
REVERENDISSIMI PRÆSULES

PATERNITATIS ac REVERENDISSIMÆ
EXCELLENTIÆ OMNIUM
VESTRÆ

Dabam Cœnneriæ in Duc.
Magdeb. MDCCXXVIII.
Cal. Jun.

Humillimo & studiosissimo
Cultori

BALTH. VVINCKLERO.